

decorporalibus parentibus decernuntur quid illi facient quid in patrem male
dicit uocabus laesum qui eum negant conditorem esse mundi aut qui celestem
hierusalem que est mater omnium nostrorum indignis sensibus intellegentes
dicta propheticam ad conditionem terre alicuius urbis adducunt; Bonum
ergo est obseruare ne quando aut carnalem patrem aut celestem minus digna
honorificentia ueneremur; Similiter & matrem obseruare & iam omne
mandatum: quod nobis pudicitiam castitatem que comendat; Ut neq; in presenti
uita secundum legem obnoxiusimus morti; neq; secundum spiritalem legem
futuram nos poena maneat ignis eterni; Ex quo effugiat & euadere omnibus nobis
concedat dñs noster ih̄s xp̄s; cuius est gloria & imperium in secula seculorum AMEN.

FINIT

UNDECIMA

INCIPIT OMELIA DUODECIMA

DEMAGNO SACERDOTE OMNIS QUI INTER HOMINES SACERDOS EST AD ILLUM SACER
dotem de quo dixit dñs tuus sacerdos in eternum secundum ordinem melchi
sedech paruus est & exiguus; Ille est autem magnus sacerdos qui potest
penetrare celos & uniuersam sup̄gredi creaturam & ascendere ad eum qui uic
habitat inaccessibilem dñm & patrem uniuersitatis; Propter quod & ille
qui apud iudeos magnus dicebatur sacerdos introibat quidem in secula sed ma
nufacta: sed lapidibus extructa; non ascendebat in celum: nec ad stare
poterat apud patrem luminum; Sed quia horum umbram implebat & ima
ginem; idcirco & iam magni sacerdotis nom̄ p̄ umbram gerebat & imaginem;
Unde & iudei phoc quod ad fidem proximi esse debuissent: quia apud ipsos
ad umbratio quedam & imago plus erat ueritatis: dum typum ueritatem
putant ueritatem ipsam tanquam mendacium respuerunt; Nos autem qui re
pimus magni sacerdotem intellegere debemus: quomodo uere ipse sit
magnus sacerdos: uere magnus sacerdos est: qui peccata dimittit non p̄ sangui
nem taurorum & hyrcorum: sed p̄ sanguinem suum; Quia ergo cognoui
mus quia magnus sacerdos: & confitemur ea que in lege scripta sunt de mag
no sacerdote scripta esse: id est de saluatore; Quem uere magni sacerdotem